

hic. n. 14. videtur satis durum, & nullo iure aperte probatur, & in conerarium potest allegari text. in Clem. Pastoralis, de re iudicat. & illud dictum reprobat Craver. in cons. 135. Verba decreti, n. 42. vers. Imo isto casu. ubi citat plurimos, & in princ. epiusdem. n. 42. concludit assertionem Principis super iusta causa non esse probationem, sed tantum operari, ut transferatur onus probandi in adversarium, & allegat Angel. in cons. 368. Serenissimus Princeps Vincelaw, n. 2. & Roman. in cons. 369. Circa primum. n. 38. Com. in cons. 32. In hac consultatione. n. 9. col. 6. vers. Et maxime cum Pontifex lib. 1. alios citat Gabr. d. concl. 3. n. 3.

123 Imo in Principe rescribente contra jus tertio quantum de iure gentium absolute causam non presumi temerunt Abb. hic d. n. 14. vers. Hoc dicitur. Dec. n. 27. & Felin. n. 66. vers. Ex quibus redidit dubia, & alij plures apud Anton. Gabriel d. concl. 3. n. 1.

124 Quia tamen in practica servareur prima opinio, ut dicit Abb. loco cit. eam poteris limitare quatuor modis. Et primo eam imitabis ut non procedat quando Princeps rescribit contra jus quantum ex suo contractu; ad hoc l. Casar. ff. de publican. & veltigal. & cap. 1. de probat. ubi text. optimus. Quam limitationem posuit etiam idem Abbas in cons. 3. Nitat in present. in penult. col. in 27. qu. lib. 2. & Bertrand in cons. 15. n. 4. vol. 1. vers. Secundo respondetur, & in cons. 233. n. 3. vol. 2. & Gabr. d. concl. 3. n. 13. & ex hoc inferit Abb. hic n. 15. ut Princeps non possit suo vassallo sine causa cognitione feudum auferre, quia in feudo est quidam contractus, ex quo ultero citroque nascitur obligatio, ut in cap. De forma, 22. qu. 5. juncta glof. in l. Liber homo. ff. De verb. obligat. Item de natura feudis est, ut non auferatur nisi causa cognita, ut in cap. 1. de natur. feud. & in cap. 1. de feud. sine culpa non amitt. in usib. feud. & in hac specie consultaverunt Dec. cons. 689. viso puncto. Paris. cons. 11. Casarum istud. n. 55. & 111. lib. 1. Socin. Jun. cons. 94. Constitum. n. 3. vol. 2. & passim alij.

128 Limitabis secundo, ut non procedat si princeps rescribat contra concessionem suam etiam gratuita, puta conferendo officium, vel beneficium a se prius alteri collatum: in tali enim rescripto non presumitur causa, sed potius Princeps presumitur circumventus, tex. est in cap. Cum olim infra de re iudicat. ubi si Papa conferat alicui beneficium unius, & dicta collatio repugnet ordinationi a se prius facte in favorem alterius, secunda dispositio irritatur, prima remanens, ea ratione, quia ipsam secundam fecisse censetur tanquam circumventus in ea, quam prius fecerat, vel ex oblivione, vel facto ipsius collatarij. Et ita de hoc esse ibi casum expresse summum dixit Roman. cons. 298. circa pramissam. n. 1. vers. Secundo eadem cons. luso, quem sequitur Ruin. cons. 98. Quia per privilegium n. 22. volum. 4. Dec. cons. 588. Viso puncto, n. 18. Socin. Jun. d. cons. 94. n. 3. vol. 2. & Petret. cons. 6. Actum tale est, alius n. 4. & haec praesumptio circumventionis est iuris & de iure, quae contrariam probationem non admittit, ut ibi voluit singulariter Innoc. in princ. cum quo concordant Host. 2.5. Joan. Andr. n. 4. Bellam. n. 2. Cardin. n. 9. vers. Et dicit Innocen. Alex. de Navo, n. 22. & Felin. n. 5. col. 5. vers. Am-

plia ista, & consuluit elegantem Bald in cons. 327. Reide enim. n. 4. volum. 1. Ruin. ubi supra, & concordant plures, quos citat. Apostil. ad Rom. d. cons. 298. lit. B. Porro in concessionibus Principum prima attenditur, nec per secundam primae derogatur, ut consuluit Roman. d. cons. 298. per totum, & alij quos cumulat Anton. Gabr. comm. concl. lib. 3. in tit. De iure quasto non toll. cons. 7. n. 4. & 5.

130 Limitabis tertio, ut praesumatur pro Principe, respectu subditorum dumtaxat, non autem respectu aliorum, ut notabiliter voluit Innocen. in cap. Inquisitioni. n. 4. de sentent. excommunicat. ubi quod si Papa mandat laico sibi non subiecto in temporalibus, ut det alicui rem suam, talis non tenetur ei obedire nisi appareat legitima causa sic praecipendi, cum non sit ei rem poraliter subiectus, & idem colligitur ex Clem. Pastoralis de re iudicat. ubi ponderat quod Rex Siciliae non suberat Imperio, & hanc limitationem approbat hic Abbas. n. 15. vers. Item limito, & Felin. n. 62. in fin. vers. Limita 3. & idem Abb. in cap. n. 4. in fin. de caus. poss. & propriis Ruin. cons. 91. Quaritur, n. 5. volum. 1. & cons. 123. Visa facti fement. n. 23. volum. 3.

132 Limitabis quarto, nisi causa in rescripto Principis expressa sit frivola, seu irrationabilis. Tunc enim princeps quamvis rescribat ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis, tamen praesumitur circumventus, & tales litterae sunt ipso iure nullae, & ita singulariter limitat Dec. in cons. 576. Pro rescriptione. n. 10. Bologniet. cons. 2. n. 45. Socin. Sen. cons. 273. ante fin. vol. 2. Ruin. cons. 123. n. 3. vol. 3. alias limitationes ad praedictam regulam ponit Anton. Gabr. dicta concl. 3. De iure quasto non toll. & latius an, & quando causa praesumatur in principe rescribente contra jus tertij, vide Praepolium in cap. Venerabilem, §. Quod autem, col. 1. in 3. notab. & seq. Qui filij sint legit.

133 Secundus casus principalis est quando rescriptum, lex, vel statutum laedit jus alterius in eo, quod ad eum pertinet de iure civili, prout sunt actiones, quae a iure civili sunt proditae, vel. 2. ff. De origin. lura, & l. Ex hoc iure in fin. ff. De iust. & iur. & in hoc. 2. casu Innoc. hic, num. 3. vers. Vbi vero rescriptum. Compottell. n. 5. Hostien. n. 4. vers. Vbi vero, Joan. Andr. n. 19. & Felin. n. 54. in fin. vers. Quarta conclusio, distinguunt sic: Aut rescriptum, lex, vel statutum perimit jus alterius omnino, vel denegat ex toto agendi potestatem: & non valet nisi adiciatur clausula, non obstant lege, &c. arg. l. Si quis in princ. test. ff. De legat. 3. & authent. Hoc inter liberos, C. De testam. arguendo a lege ad ultimam voluntatem, quae similiter lex dicitur, ut §. Disponat. auth. de nup. & melius secundum Host ubi sap. probatur in cap. Nonnulli infra de rescript. & in cap. ntr. De Capell. monach. & quod dictum est nisi adiciatur clausula non obstante, &c.

135 locum habet etiam quando alias constat de expressa voluntate Principis secundum Compottell. d. n. 5. Haec tamen non procedunt in litteris Papae contra jus tertij, quia non dicitur consistere de illius voluntate per quascunque derogationes, nisi expresse fuerit derogatum regulae de iure quasto non toll. ut resoluit Rota coram Card. Seraphin. decis. 1082. n. 6. 7. & 8. Quae quidem de-

rogatio requiritur in iure quomodo libet quasto, & cuiuscumque sit generis. Cels. de Graff. decis. 1. n. 4. de verb. signific.

137 Verum tamen est rescriptum, vel lex auferre possit actionem modis praedictis, ut est communis opinio secundum Abb. hic num. 3. non tamen potest illam sic auferre quin reddat iustitiam, quia id esset contra jus naturale. Et ita ex mente aliquorum declarant Innoc. hic num. 3. vers. Sed & tunc, ut quidam dicunt, & Compottell. num. 6. eod. vers. & tenent Jo. Andr. num. 21. Abb. d. numer. 13. & Felin. numer. 55. Nam hoc casu sit reditus ad primævum jus in quo non erant actiones, sed manere regia administratur iustitia, d. l. 2. & sic habes casum, in quo sine actione formali quis potest agere ex sola obligatione juris gentium, secundum Abbat. & Felin. locis citatis, & sequitur Alex. cons. 1. Ponderatus, num. 31. vers. Non obstat, lib. 5.

138 Aut ex huiusmodi rescripto, lege, vel statuto jus alteri competens de iure civili non auferatur, sed differtur, & tunc valet, ut l. Quoties, C. De precib. Imper. offerend. Innoc. d. numer. 3. post med. vers. Si vera non auferatur jus. Compottell. numer. 6. eod. vers. Host. numer. 4. vers. Vbi vero rescriptum, Jo. Andr. numer. 22. Abbat. numer. 12. & Felin. numer. 47. dicentes Principem posse inferre modicam laesionem, puta dare dilationem debitori, ut non possit interiri conveniri, d. l. Quoties. Idem tradit Alex. cons. 216. Non arguend. n. 15. lib. 2.

140 Carterum in distincte jus merè civile tolli potest, si qui habet iurisdictionem super eo iure, de hoc facit legem municipalem, secundum Innoc. n. 4. & Jo. Andr. n. 23.

141 Postremo addunt Innoc. d. numer. 4. vers. In autem naturale. Compottell. numer. 8. Jo. Andr. numer. 25. & Felin. numer. 26. quod est ius civile non possit tollere in totum jus naturale; potest tamen illud distinguere, & adjuvare, eique addere, vel detrahere, sicut lex civilis, vel Canonica distinguit illud Evangelij. In ore duorum, vel trium stat omne verbum, cap. In omni infra de testibus, ut non procedat in multis casibus, in quibus plures requiruntur, ut l. Si C. De testam. l. Hac consultissima, C. Qui testam. sacer. post. l. Testim. C. De testib. cap. 1. & 2. qu. 4. & hoc expresse dicit text. in l. Ius civile ff. De iust. & iur. ibi Cum aliquid adimus, vel detrahimus iuri communi. (id est naturali) ubi in glof. 1. Idque exemplo juris Praetorij, quod Praetores introduxerunt adjuvandi, vel supplendi vel corrigendi juris civilis, gratia ut l. Ius autem, §. fin. ff. eod. & ibi plena glof. in verb. Advand. Et ita Innoc. & sequaces videntur sentire non modo jus naturale, id est gentium, sed etiam jus divinum posse distinguere, limitari, & declarari per leges civiles, ut hic per Felin. numer. 2. Circa quod Cyn. & Legiste multa dicunt in l. Rescripta, C. De precib. Imper. offer. & Bald. post glof. in l. fin. C. Si contra ius, vel utilitat. publicam. Et alij apud Felin. hic numer. 2. & 16. & concludunt Principem posse limitare jus divinum in illis articulis, qui reperiuntur ab ipso iure divino limitati; in aliis locus, nisi subieci iusta causa limitandi, & in dubio praesumi pro lege Principis. Sed

Abbas hic n. 4. limitando dicta Legistarum dicit Principem saecularem posse statueri interpretando jus divinum in rebus prophatis, in quibus habet iurisdictionem, & dummodo subieci causa aperta; sed in spiritalibus interpretationem pertinere ad Papam, ut est text. in cap. Venerabilem; in fin. Qui filij sint legitimi. Quod pluribus exornat Felin. hic numer. 17. & seq.

Ego verò exillimo hae dicta non procedere per ea, quae scripsi in cap. Cum pridem a numer. 76. usque ad numer. 84. de pact. ubi latissime probavi legem humanam ex quacunque causa non posse legi Divinae quicquam detrahere, nec illam modificare, seu limitare, aut super ea dispensare, ibi plene videas. Et ad auctoritatem illam: In ore duorum, vel trium stat omne verbum. Quae videtur distinguere, & limitari per legem Canoniceam, in cap. Licet universis, infra de testib. & in cap. Praesul, 2. qu. 4. Responde ut dixi in cap. Cum eses numer. 144. numer. 149. de testam. & in d. c. Licet universis, in 2. not. Distinctio autem Cyn. & Legistarum est sine succo, quia ineptum est ut lex civilis limitet jus divinum in illis casibus, in quibus jus divinum ipsum limitat. Jam enim illa non est limitatio iuris civilis, sed iuris divini. Arg. cap. Licet de rescript. & l. Item eorum, §. Si de curiones ff. Quod cuiusque univers. non n. ubi verò jus divinum non limitat seipsum, lex civilis ex causa quantumvis gravi nequaquam potest illud limitare. Nam id non potest Apostolicus, ut dixi in d. cap. Cum pridem, numer. 76. & seq. longe minus id poterit Princeps saecularis, cap. Cum ad verum, & cap. Si Imperator, 96. dist.

DE CONSTITUTIONIBVS
Cap. Cum accessissent.
S V M M A R I V M.

1 Dignitatis collatio devolvitur ad Papam si omnes collatores habuerunt sex menses ad conferendum, & neglexerunt conferre.

2 Papa conferit beneficia devoluta potestate speciali, non generalitatem, quia potest omnia beneficia conferre.

3 Papa duobus modis conferre potest beneficia devoluta, ibi vers. Porro.

4 Dignitas personarum, & officium an differant.

5 Nomen dignitatis non sufficit in rescripto ex stylo curiae, sed requiritur nomen proprium, & cognomen.

6 Canonici non possunt supprimere aliquam dignitatem in Ecclesia, & illius reditus sibi applicare sine auctoritate Papae.

7 Praebendarum remissio est iusta causa suppressionis dignitatis.

8 Episcopus cum consensu Capituli potest aliquot praebendas supprimere, & earum fructus reliquarum praebendarum distributionem sibi sine tenues appli-

- applicare ex Concilio Trid
- 8 Nontamen ex Concilio potest supprime dignitatem.
- 9 Collatio beneficii dicitur donatio.
- 10 Qualitas non potest esse sine suo subiecto.
- 11 Beneficium non vacat per obitum beneficiati, in tribus casibus, id est si sit suppres am, si pr ebende non sint distincte, & si sit de mensa.
- Littera ad beneficium vacaturum non extenduntur ad beneficium de mensa. ibid. vers. Tertius est.
- 12 Statutes possunt recedere a statuto edito contra jus, non obstante confirmatione Apostolica.
- Declaratur. n. 19.
- 13 Capitulum generale an possit recedere a constitutionibus per Sedem Apostolicam confirmatis prescribentibus tempus sciendis decreta circa electionem Generalis in sede vacante. & n. seq. usque in fin.
- 14 Actus contra prohibitionem legis est ipso iure nullus, quamvis lex non procedat ulterius irritando actum.
- 15 Nisi eadem vel alia lex declaret actum valere, & num. 38.
- 16 Gesta contra constitutiones Ordinis confirmata cum decreto irritanti non valent.
- Declaratur. n. 21. & 27.
- 17 Constitutio Capituli generalis confirmata a Sede Apostolica cum clausula decreti a statuentibus revocari non potest, etiam quatenus concernit eorum favorem.
- Contrarium. n. 21.
- 18 Clausula decreti quando apponitur videtur data forma, cui renunciar non potest.
- Declaratur. n. 22.
- 19 Statutum potest a statuentibus revocari quatenus concernit eorum favorem non obstante confirmatione Superiorum.
- 20 Et consentur revocasse per unicum actum capitulariter gestum contra statutum, aut saltem suspensisse pro illa vice.
- 21 Statutum potest revocari a statuentibus quatenus concernit eorum favorem etiam si fuerit confirmatum cum decreto irritanti.
- 22 Forma renunciar potest quando privatam respicit utilitatem.
- 23 Preceptum respiciens utilitatem eju cui precipitur constitutum dicitur.
- 24 Prohibitio legis concernens principaliter favorem eju cui sit, habet vim exhortationis. & n. 38.
- 25 Privilegium sicut potest renunciari, ita & decreto irritanti tanquam accessorio.
- 26 Decretum appositum in regressu, vel alia gratia non habet effectum nisi valente eorum cuius favorem est appositum.
- 27 Decretum irritans in confirmatione constitutionum, quarum aliqua habent clausulam annullativam actus contrarii, & alia non, minime inducit nullitatem quoad omnia, usque ad n. 34.
- 28 Confirmatio Episcopi, cum clausula decreti non operatur ut omnia gesta contra Concilium Tridentinum sint nulla.
- 29 A terminata contra non pr amissa denuntiationibus valida sunt.
- 30 Concilium Tridentinum ubi voluit imponere penam nullitatis actus, id dicitur verbi expressis.
- 31 Professio non est irrita ex eo quod facta fuerit a puella ante explorationem voluntatis.

- 32 Electio Provincialis facta non previo iuramento de eligendo dignitatem contra Constitutiones Ordinis confirmatas cum decreto irritanti, non est nulla.
- 33 Decretum irritans apponitur ad finem removendi obstacula impediencia executionem actus super quo decernitur.
- 34 Causa finalis constitutionis cessante, cessat ipsa constitutio.
- 35 Decretum irritans non impedit mantentionem dum discutitur an principali dispositio locum habeat, nec ne.
- 36 Verba futuri temporis non imperativè prolata non sunt dispositiva.
- 37 Actus contra legem prescriptum factus ab eo qui prius iurisdictionem non habebat, nullus, secus si habebat.
- 38 Intellectus c. Ad Apostolicam, de Regul.
- 39 Actus contra legem non habentis perpetuam causam prohibitionis non est irritus.
- 40 Actus contra statuti prohibitionem si fiat ab ipsismet statuentibus valet.

CUM ACCESSISSENT. Dignitas sublata de Ecclesia per statutum Capituli a Papa confirmatum ulterius non censetur vacare, nisi postea per contrarium actum statutum illud fuerit revocatum. Hoc dicit. Dividitur in tres partes secundum Hoff. & Jo. Andr. In prima ponitur allegatio pro Primicerio. In secunda allegatio contra eum pro Capitulo. In tertia diffinitiva committio. Secunda ibi fuit in super. Tertia ibi. *Quæritur*

I Nota primo ibi, *tanto tempore vacasset, &c.* dignitatem posse tandem vacare, ut ejus collatio ad Sedem Apostolicam devolvatur. Quod contingit quando superiores omnes ordinarij collatoris unâ cum ipso collatore habuerunt sex menses ad conferendum; & neglexerunt conferre. Ultimo enim collatio devolvitur ad Papam juxta terminos decreti Lateranensis, Concilij, de quo in c. 2. infra, de concess. preben. Et tunc Papa confert ex potestate propria, & specialia, non ex generali tantum, qua potest omnia beneficia conferre. c. 2. de preb. in 6. & Clem. 1. in fin. ut sit pend. & tradit Saraceni. in proam, regul. Cancell. qu. 2. n. 7. vers. Considerata persona ipsius Papæ, & plenius in regul. de jur. quas non tollen. qu. 1. n. 7. Quintil. Mandosim. reg. 2. qu. 2. n. 2. Porro beneficia devoluta duobus modis Papa confert potest. Primo posteaquam ad eum sunt devoluta omnibus inferioribus in statutis temporibus ad conferendum negligentibus. Deinde quando beneficia sunt tantum devoluta ad aliquem superiorem ordinarij collatoris, ut potest si ob negligentiam Abbatis, vel Capituli devoluta sit collatio ad Episcopum, vel ob negligentiam Episcopi ad Metropolitanum, ad prescriptum d. c. 2. de preb. in 6. Papa enim concurrere potest cum Episcopo, vel Metropolitanano; & arque ita semper conferre potest vel ratione devolutiois ad ipsum, vel ratione concurrentis, ut declarat Rebuffi. super concord. in tit. De collat. §. si quis vero, in ver. Devolutio, & Mandosim. in reg. de Ann. quest. ult. num. 6.

3 Secundo nota dignitatem, personatum, & officium esse synonyma, seu idem importantia; nam

nam in hac decretali Primiceriatu quandoque appellatur dignitas, quandoque personatus, & quandoque officium. Quod tamen verum est largè sumpto vocabulo, sed in strictiori significacione differunt, ut plene notat Jo. Andr. post Archid. in c. 1. de consuet. lib. 6. & in c. De multa infra de prebend. Butr. hic n. 4. Imol. n. 1. & Abb. in princip. & scripsi in c. Ad bus, infra, de preb. ubi plene videas.

4 Tertio nota ibi, *Archidiaconus Tallensis*, ad certitudinem personæ sufficere in rescripto exprimere nomen dignitatis, quod tamen hodie non servatur, quia ex stylo Curie apponitur nomen integrum, & cognomen ad evitandam æquivocationis fallaciam: ut dicunt hic Hoff. Jo. Andr. Butr. Cardin. & Imol. & not. in c. fin. infra, de rescript. Nam & in legibus crimen falli committitur, si nomina prudentum per specialia signa, non per consequentiam litterarum expriman- tur. l. 1. circa fin. §. Ne autem per scripturam, C. De verber. jur. enuch.

5 Quarto nota ibi, *ac statutum ipsum auctoritate Sedis Apostolicæ fuisse postmodum confirmatum.* Canonicos non posse supprimere in Ecclesia aliquam dignitatem, & illius redditus sibi applicate sine Papæ auctoritate: hic enim fundatur validitas statuti in confirmatione Apostolica. Unde sine illa statutum non valet, etiam si fiat de episcopi consensu, ut post multa concludit hic gloss. in ver. confirmatum, Cardin. n. 1. & alij communiter.

6 Quinto nota ibi, *inter Canonicos ipsos Primiceriatu preventibus, & possessionibus distributis;* legitimam causam esse supprimendi aliquam dignitatem in Ecclesia, ut redditus convertantur in utilitatem Canonicorum, quibus proprii redditus non sufficiunt, ut hic per Abb. in 2. notab. Causa tamen hujusmodi non esse sufficiens ad dignitatem supprimendam, nisi etiam concurreret auctoritas Sedis Apostolicæ, ut dictum est in præced. notab. licet secus sit in suppressione Canonici non, ut est casus in c. Ex parte, ibi, *licet reddita non sint diminuti*, infra, eod.

7 Porro inc. 1. §. 24. Concil. Trid. statutum est ut in cathedralibus, & collegiatis indignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt præbendæ, simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui non sufficiant, liceat Episcopus cum consensu Capituli vel aliquot simplicia beneficia, nontamen regulariis unite, vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis eas ad pauciorum numerum reducere, & illarum fructus, & proventus reliquarum præbendarum distributionibus applicare. Verum circa hoc decretum cum Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Elhen. qui obtinuerunt ab Ordinario uniri Præbendam ejusdem Ecclesiæ, quæ inibi dignitas existit eidem Capitulo ob præbendarum tenuitatem, dubitarent an ea valida esset, ex d. c. 1. §. Sac. Congregatio Concilij censuit vigore. 1. §. sess. 24. non potuisse uniri dignitatem. Quamobrem cum casus suppressionis dignitatis sit omissus à Concilio, salva manet juris communis prohibitio: nam quod non mutatur, cur stare prohibetur. l. Sancimus. C. De testam. l. Præcipimus. in fin. C. De appellat. Hoff. in c. Ad Apostolicam, n. 2. de regulari. An autem Capitulum possit numerum Canonorum augere, dixi in c. Dilecto, infra, de preb.

Sexto nota ibi, *personatus esset donatio devoluta.* Collationem beneficii dicitur donationem, ut hic, & in c. Postulasti, infra, de concess. preben. est enim quedam liberalitas, c. Relatum, infra, de preb. c. fin. de off. Vicar. lib. 6. quod est verum respectu ejus, cui confertur: non enim tenetur collator magis ei, quam alteri conferre. Unde illi conferendo gratiam factis sed non dicitur liberaliter in dando simpliciter, quia absolute tenetur conferre, ut infra. *Vi eccles. benef. in rubra & nigra.* Et in necessitatibus non est liberalitas. l. Rem legatam, §. De adimen. legat. & declarat gloss. in d. c. Relatum, in ver. Liberalitas, Cardin. Imol. & Abb. hic.

Septimo nota casum, in quo per mortem beneficiati non vacat beneficium, quando scilicet beneficium est suppressum ut hic. Alius casus est in Ecclesia non numerata, vel ubi præbendæ non sunt distincte, c. Dilecto, de preb. & c. Ex parte, de concess. preben. Tertius quando beneficium est de mensa, gloss. in elem. 1. in ver. Non vacet, de excess. Prelat. consolidatur enim mensa mortuo clerico ad instar usus fructus, c. Cum confiter de pignor. Unde Imol. in c. Abbatis, in 2. col. infra, de rescript. relatus hic à Felin. n. 2. tenet contra Jo. Andr. & Butr. Litteras super beneficio vacaturo non extendi ad beneficia de mensa. Et hostres casus recentent hic Butr. n. 3. Cardin. n. 2. Anchar. in princ. Imol. numer. 3. & Felin. eod. num.

10 Octavo nota ibi, *Primicerius ipse tanto tempore non vacaverit.* extincta dignitate esse impossibile illius vacationem, quia non erit nullæ sunt qualitates. l. Divus, §. De militib. testam. l. 2. §. De usufruct. ear. ver. Oldrad. conf. 203. *Factum tunc est, ver. Ad secundam questionem.* Et ubi deficit subiectum, deficit prædicatum, quia impossibile est prædicari de non ente, ut dicit Angel. conf. 390. *Charissime frater, num. 1.* Nec accidentia esse possunt sine subiecto, c. Bapervari, in fin. §. dist. l. 1. Cod. De condit. ob. turp. cau. l. Eju qui in Provincia, ad fin. §. Si cert. petar. Bald. in l. Omnium, col. 2. vers. Nam impossibile est intelligere accidentia, c. De testam. Rom. conf. 91. *Visti, numer. 8.* Plura similia congerit Philipp. Prob. ad Jo. Monach. in c. 1. numer. 35. & seqq. de concess. lib. 6.

11 Ultimo nota in vers. *Nisi postea dicti Canonici contraxerint.* Canonicos quamvis non possunt contra jus statuisse, tamen posse tollere statutum contra jus ab ipsis editum, etiam auctoritate Apostolica confirmatum: nam hic Canonici statuerunt, ut dignitas Primiceriatu non esset amplius in Ecclesia, quod est contra jus, ut dictum est supra in 4. notab. & statutum fuerat à Papa confirmatum. Et tamen si contraveniant factio ipso aliquem in Primicerium eligendo, dignitas extincta reviviscit. Et ita hanc conclusionem firmat Barr. in l. Omnes populi, 13. col. vers. *Iuxta prædicta quæro ff. De just. & jur. & alii hic cop. osè relati à Felin. numer. 3.* Verum hoc impugnat Dec. hic numer. 18. Si confirmatio fuit necessaria, quia tunc statutum dicitur absolute superioris quod ab inferiore tolli non potest ex defectu potestatis, ut hic per eum. Sed in contrarium stat littera hujus Decretalis. Nam hic statutum

decreti irritantis positi in Bulla Confirmationis Concilii nra contra antedictam Constitutionem debet reddi irrita ex decreto irritanti appposito in litteris confirmationis constitutionum hujus Congregationis.

32 Et ex prædicta consideratione Bulla Pij IV. cum nuper dubitatum esset in S. Congregatione Regularium de validitate electionis Provincialis Mediolanensis ordinis Minorum Conventualium celebrata non prævio juramento de eligendo digniore contra prohibitionem constitutionis Ordinis; & opponeretur quod esset nulla propter decretum irritans appositum in Bulla confirmationis constitutionum ejusdem ordinis; S. Congregatio hoc non obstante resolvit pro validitate electionis, cum constitutio illa de juramento præstando non haberet in specie clausulam annullativam actus contrarii.

Et confirmatur quia etiam in constitutionibus hujus Congregationis plurima reperuntur præcepta, & ordinationes, ex quorum transgressione valde absurdum esset, ut electiones essent invalidæ. Nam pag. 22. mandatur ut Cancellarius ante singulorum officialium electionem ea legat, quæ in constitutionibus de ipsis atque ipsorum officijs decreta sunt, item pag. 27. statuitur, ut cum calculi extrahuntur, à solis scrutatoribus videantur, non ab alijs electoribus. Et pag. 30. præscribitur forma juramenti à capitularibus præstandi ante electionem præpositi Generalis, & tamen nemo allereret ex omissione alicujus ex prædictis solemnitatibus vitari electionem propter clausulam decreti appositam in confirmatione constitutionum. Et in ommissione juramenti hoc jam declaravit S. Congregatio Regularium, ut supra proxime dictum est. Similiter pag. 22. cavetur ut quinque, aut sex pagellæ electoribus distribuuntur. Item ut præles propriæ schedulam sublevet tribus digitis; numquid propterea irritabitur electio? Patet igitur ex prædictis, & alijs quæ in constitutionibus habentur, decretum irritans non posse referri ad singulas constitutiones absque eo, quod mille absurditates sequantur. Unde generaliter dicendum est decretum irritans, siquidem adjiciatur alicui parti ordinationi, vel prohibitioni tunc indubitanter importare nullitatem actus in contrarium attentati juxta textum in cap. Quia propter de elect. & in cap. Si cui, eod. tit. lib. 6. Si verò opponatur in clausulis executivis, ut fieri solet ex Rayo, tunc referri debet ad iudices, ut verba ipsa sonant; apponitur enim ad finem revocandi obstatia impediencia executionem actus, super quo decernitur, cap. Si eo tempore, de elect. lib. 6. & notat Gemin. cons. 143. Ex narrato, n. 1. & ex eo colligitur jurisdictione aliter judicandi, ex notatis per Cardinal. in cap. Quia divergentia, in 3. quæst. de elect. Seraph. de off. 351. n. 1. Rota de off. 174. n. 13. part. 7. recent.

33 Tertiò, & ultimò quod spectat ad præsentem questionem observandum est, constitutionem Congregationis initio propositam, idcirco præscriptis illi tempus propositionibus faciendis circa personas, jura, & electionem præpositi Genera-

lis, vel majorum officialium ante ipsorum electionem, ne idem postea quoquomodo laderet, aut imminerent libertatem capitularium. Hæc autem libertas non est consideranda respectu subrogiorum, quia cum suffragia ferantur per calculos; ratio ipsa secreti facis tuetur libertatem capitularium adversus autoritatem superiorum, ut not. in d. cap. Quia propter, de elect. & patet ex decreto, cap. 6. sess. 25. De Regul. Concil. Trid. Sed considerari debet respectu propositionum in capitulo; quia Generalis electus, si aliquis articulus sibi displiceret, facile impedire posset, ne à vocalibus proponeretur. At hæc ratio omnino cessavit in decreto, de quo agitur quia omnes, & singuli capitulares sedes vacante ante electiones iurjurando se obtinuerunt non impedire, quominus decretum hoc proponeretur in capitulo, casu quo aliquis eorum in

34 Generalem eligeretur; ergo cum beneficio juramenti facti consultum fuerit libertati electorum, ut effectus ipse comprobavit, quia decretum fuit positum, & obtentum post electionem præpositi Generalis absque ullo ejus impedimento: utique cessante causa finalis constitutionis cessavit constitutio, cap. Etsi Christus, & ibi gloss. in vers. Cessante, de jure jur.

35 Et ad summum remanet solum dubium, an dispositio ejusdem constitutionis afficiat supra dictum decretum. At quando est dubium an aliqua constitutio vindicet sibi locum in certo casu, necne, tunc clausula decreti irritantis non impedit, quin pendente articuli examinatione, res conservari debeat in eo statu in quo reperitur. Ita Seraph. de off. 147. n. 5. Nam decretum irritans est accessorium ad constitutionem, in qua est appositum, & ideo dum discutitur, an constitutio intret, decretum nihil operatur. Gemin. & Franc. in cap. Præteriti, in princ. num. 2. de off. legat. lib. 6. Gabriel in tit. De clausulis concl. 3. num. 85. Rot. in recent. de off. 523. n. 3. part. 3. Et consequenter esto res dubia sit, quod negatur; tamen decretum irritans non debet impedire, quin vocales illius nationis, de qua fuit Generalis, remaneant in proximo capitulo in eo statu exclusionis ab electione passiva, in quo non reperiantur, ex vi supra scripti decreti capitularis.

Nec prædictis obstant adducta in contrarium: ad primum enim quod actus factus contra prohibitionem legis sit ipso jure nullus.

36 Respondetur primò, constitutionem Congregationis hoc casu non prohibere, ne propositiones fiant post electionem Generalis, imò nec præcipere, utan fiant antea: nullum enim verbum ibi legitur, quod prohibitionem, aut præceptum importet, sed simpliciter indicatur quod fieri expediat per illa verba, hic erit locus. Quæ cum non sint imperativè prolata, sed futuri temporis non sunt dispositiva. Alex. cons. 190. Plura n. 3. i. vers. Fortius dico, lib. 6. & potius sonant in consilium, quod non est obligatorium, l. 2. §. fin. ff. Mand.

37 Respondetur secundo, actum gestum non servatis conditionibus, & modificationibus a lege præscriptis ita demum esse nullum, si eodem contextu lex tribuat potestatem, & præscriptis conditionibus, tunc enim recipitur potestas qualificata, seu modificata: & ideo actus non servatis modis

modis præscriptis à lege redditur nullus ex defectu potestatis; sed verò si lex præscribat modum, vel conditiones observandas ab eo, qui prius potestatem, vel jurisdictionem habebat; quia tunc actus sustinetur in vim potestatis præ-existentis, licet transgrediens sic puniendus. Hæc est notabilis theoria gloss. in Clem. 1. in ver. Inhibentes, vers. Sed quero, de iur. patr. quam sequitur Anchar. in cap. Statutum §. fin. vers. Adverte, de refer. lib. 6. Abb. in cap. Ex parte, n. 5. inf. eod. Roman. cons. 203. Quod primum n. 7. At Capitulum generale ante præscriptum modum in propositionibus observandum habebat potestatem faciendi decreta à jure communi, c. In singulis §. Nujusmodi, & c. si verò, de stat. monach. Ergo propositio ab ipso facta contra modum à constitutione præscriptum, & decretum inde secutum non vitatur.

38 Respondetur tertiò etiam à lege prohibitoria posse recedi per eum, in cuius favorem edita fuit. Et videtur de hoc textus clarus in cap. Ad Apostolicam, de regul. ubi prohibetur fieri professio infra annum; & tamen si fiat in Ordinibus non Mendicantium, tenet. Et redditur ratio, quia cum tempus probationis sit indultum in favorem conversi, & Monasterij per professionem infra annum emissam pariter & acceptam uterque renunciare videtur ei, quod pro se noscitur introductum. Et quia multa fieri prohibentur quæ si facta fuerint, obtinent roborem firmitatem, ex quo contextu colligitur professionem emissam contra legis prohibitionem non ideo sustineri, quia textus procedat ulterius decernendo actum valere, ut habet communis intellectus, quem propterea merito reprobatur ibi Abb. n. 1. i. vers. Sed certe: nam textus non procedit dispositivè sustinendo professionem, sed loquitur declarativè, quod patet ex eo, quia respondet ad consultationem, ut notatur in cap. Consultationi, de tempor. ordin. Item declarat professionem tenere ex ratione antiqua. Ergo etiam ante illam decretalem tenebat professio, ut per Abbat. vbi supra.

39 Respondetur quarto, ubi legis prohibitio non habet perpetuam causam prohibitionis, actus in contrarium gestus non est nullus, ut notatur in cap. Vides, in gloss. in ver. dissolvi 10. dist. & in cap. Tus, de spons. duor. Constitutio autem de qua agitur, non habet hujusmodi causam prohibitionis perpetuam, quia propositiones possunt fieri aliquando, id est dum sedes vacat, nec prohibentur fieri, nisi in tempore Sedis plenæ. Ita declarat Abb. in d. c. Ad Apostolicam, n. 11. vers. Ideo solvo. Ad idem est gloss. quæ sic limitat regulam, l. Non dubium, C. De legib. in d. Clem. 1. in ver. Inhibentes, de iur. patr.

40 Respondetur denique quidquid sit in lege superioris, in quibus terminis loquuntur contrariæ actus gestus contra prohibitionem statuti, ab ipso iure statutibus non est nullus, quia licitum est conditoribus recedere à sua constitutione, quatenus concernit eorum favorem, non obstantem confirmatione Apostolica juxta textum hic, & dictum est supra in principio primi fundamenti pro hæc sententia, vers. Nam regula est, n. 19.

Ad secundum argumentum quod scilicet decretum capituli Generalis sit nullum propter Prosp. Fagn. in 1. Decretal.

decretum irritans appositum in confirmatione constitutionum Congregationis, abunde patet responso ex dictis in superioribus fundamentis.

Secundum caput, videlicet. An hoc decretum possit impugnari ex eo, quod restringat libertatem electionis contra dispositionem sacrorum Canonum, plenè examino in c. Cum dilectus, infr. de consuet. à n. 10. usque ad 56.

DE CONSTITUTIONIBVS

Cap. Cum M.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonici supranumerarii capitulum de fructibus superexcrecentibus providere tenentur, non obstante constitutione de certo numero, & contraria professione.
- 2 Præbendarum, & Canonicorum numerus determinatur secundum varias ecclesiarum consuetudines.
- 3 Fructus superexcrecentes debentur canonicis ultra numerum recepti, quando præbende non sunt distinctæ, sed sit divisio per certam mensuram fructuum.
- 4 Fructus industriales cedant laico præbendati, ubi præbende sunt distinctæ, & n. 40.
- 5 Nomina propria in rescriptis an, & quando exprimi possint abbreviate per primam litteram.
- 6 Litis consors admittitur sine mandato ad agendum pro consorte, sicut conjunctus pro conjuncto, dummodo caveant de rato.
- 7 Litis consors inducitur ex simultanea lite, & causa.
- 8 Canonicus pro Canonico non potest agere sine mandato.
- 9 Amicus an admittatur pro amico in iudicio.
- 10 Præbendas aliquot suppressendi legitima causa ut reliquorum redditus tenes augmententur.
- 11 Præbende ut possint suppressi ad augendos reliquorum redditus ex Concilio Trid. quinque conditiones requiruntur.
- 12 Capitulum ex causa publica utilitatis potest statuta sacere contra antiquam ecclesie consuetudinem, etiam non facta mentione consuetudinis.
- 13 Et etiam si consuetudo foret utilitatis publicæ, & statuta sit nutritivè utilitatis privata.
- 14 Dummodo principaliter, & directe conservat utilitatem ecclesie, & fiat de Episcopi consensu.
- 15 Præbenda non est de substantia Canonici.
- 16 Canonica potest esse actu sine præbenda, sed sine spe, & expectatione futuri præbende.
- 17 Protestatio contra substantiam rei, super qua interponitur, non relevat.
- 18 Protestatio contraria facta regulariter non predest. Declaratur n. 22.
- 19 Protestationis materia quam sit profunda, & periculosa.
- 20 Protestatio contraria consecutiva facti, seu dependentibus à facto an, & quando valeat.
- 21 Et quid sit contraria facti.
- 22 Et quid sit declaratoria facti multipliciter intelligibilis.